



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Quotidiana Christiani Militis Tessera**

**Stanyhurst, Guillaume**

**Coloniæ Agrippinæ, 1710**

Series Omnia Tesserarum; Quâ Omnes inter se per totius anni dies sunt  
aptæ, & colligatæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45477**

## SERIES

### OMNIUM TESSERARUM;

Quā omnes inter se per totius anni dies sunt  
aptæ, & colligatae.

**T**otum hoc Opus, duo complectitur ; quæ sunt duo, veluti  
poli, & aurei cardines, quibus universa hominis fæli-  
citas, & perfectio volvitur, videlicet : fugere mala,  
facere bona ; quæ ex Regii Vatis deprompta sunt oraculo.  
(a) Declina à malo, & fac bonum. Primo igitur semestri  
explicantur mala fugienda : altero, bona facienda. Mala  
hominem abducunt ab ultimo fine : bona adducunt ad finem.  
Illa continent corruptæ naturæ pravos affectus, ex quibus  
nascuntur vitia ; ex illis peccata ; ex his denique omnia, quæ  
fecimus, vel facimus mala. Alterum semestre proponit, quæ  
facienda sunt bona ; inter quæ sunt virtutes ; & quæ ad vir-  
tutes acquirendas, conservandas, & augendas sunt, vel præsti-  
dia, vel invitamenta. Quibus duobus adminiculis, homo è  
servitute manu-mittitur, ad libertatem manu-ducitur.  
Quia per vitia, ut loquar cum Paulo, (b) sumus filii ancillæ,  
hoc est, servi ; per virtutes, sumus filii liberæ, hoc est, in-  
genui. Quamobrem declinando mala, & faciendo bona ;  
ejusdem Apostoli confirmamus effatum, dicentis : Itaque  
fratres, non sumus ancillæ filii, sed liberæ. Sed to-  
tius Operis continuatio, & in eo rerum omnium complexio  
tibi erit perspectior, si lubet singulos menses, & in illis dies  
perlustrare, quibus una veluti catena, quot Tesseris, tot quasi  
ansulis sibimet annexis, spectanda exhibebitur.

(a) Psal. 36. 27. (b) Gal. 4. 30. (c) Ibid. II. 31.

(o)

## JANUARIUS. MALA FUGIENDA.

**D**IES Primus. Operis nostri initium, sit JESUS qui ipse est, Principium. **Secundus.** Cum novo anno, nova omnia facienda. **Tertius.** Hoc ut facias, plurimum refert, ut à principio incipias. **Quartus.** Hoc ubi statuisti, servandus est ordo. **Quintus.** Quis ordo? exponitur, videlicet, primum, quærendum cœlum. **Sextus.** Ut ordinem serves, opus est Magistro, quem observes. **Septimus.** Nec hic proderit, sine Dei gratia; à qua habes, ut bona facere possis. **Octavus.** Sed & posse, parum proderit; nisi (quod & Gratia obtines) velis. **Nonus.** Imo, nec velle quidquam conferet; nisi (quod & donum est Gratiae) quod possis, & velis facere, facias. **Decimus.** Cùm per Gratiam possis omnia; superest cum ea opereris. **Undecimus.** Ut cum gratia oparante coopereris; plurimum conduceat à turba secessus. **Duodecimus.** Ad hunc secessum, pro Intellectu radit, pro Voluntate stimuli. **Decimus tertius.** Proposuntur ut secedas à turba, mundi turbines. **Decimus quartus.** Ad solitudinem pia illecebræ. **Decimus quintus.** Ejusdem castæ deliciæ. **Decimus sextus.** Qualis sit eligenda solitudo? **Decimus septimus.** Quid in ea agendum? quid cogitandum? **Decimus octavus.** Princeps in ea solitudine opus, est frequens Meditatio. **Decimus nonus.** Prima meditatio sit de hominis creatione, & ejus nihilo. **Vigesimus.** Hic expendit, quid acceperit à Deo? **Vigesimus primus.** Dein, quis finis hominis jam creati? **Vigesimus secundus.** Media ad finem pervenienti. **Vigesimus tertius.** Primum Deo vivendum, à quo accepimus vitam. **Vigesimus quartus.** Mala, quæ à fine abducunt, sive peccata. **Vigesimus quintus.** Recenset hic homo, quæ peccando commisit. **Vigesimus sextus.** Meditatur, averti à peccato, converti ad Deum. **Vigesimus septimus.** Reditur ad Deum pœnitentiâ. **Vigesimus octavus.** Aculei ad conversionem. **Vigesimus nonus.** Conversio inchoanda à timore Dei. **Trigesimus.** Hic docet vitare peccata etiam minima. **Trigesimus primus.** Agit de tempore exacti mensis.

## FEBRUARIUS.

**D**IES Prima. Novo animi ardore, novus inchoandus mensis. **Secunda.** Ad hoc, invocanda Deipara. **Tertia.** Vetus homo fit novus meditatione mortis. **Quarta.** Mortem optabilem redunt

dunt vitæ miseriæ. *Quinta.* Incipit mors, dum incipimus nasci. *Sexta.* Hinc homo flori similis. *Septima.* Nulla mala mors; nisi, quam præcessit mala vita. *Octava.* Mors illi timenda, qui fecit timenda. *Nona.* Mors hominis, est mors omnium, quæ afficiunt hominem. *Decima.* A morte, sequitur judicium mortui. *Undecima.* Mortis comes; poena, vel gloria. *Duodecima.* Inferorum locus; & societas. *Decima tercia.* Complexio malorum in orco, ac primum tenebre. *Decima quarta.* Fator. *Decima quinta.* Poena visus. *Decima sexta.* Fames & sitis. *Decima septima.* Vermis. *Decima octava.* Ignis. *Decima nona.* Desperatio. *Vigesima.* Æternitas. *Vigesima prima.* Unatibi sit cura; curare, ne pereat Anima. *Vigesima secunda.* Ne pereas, otium caveas. *Vigesima tercia.* Diligentia adhibenda, in negotiis animæ. *Vigesima quarta.* Pro illis, omnis labor laudabilis. *Vigesima quinta.* Ut strenuè labores, strenuissime fugienda est socordia. *Vigesima sexta.* Hujus mater, est somnolentia. *Vigesima septima.* E somno evigilanti, Deus sit, ad quem collimes, scopus. *Vigesima octava.* Finiti brevitas mensis.

### M A R T I U S.

**D**ies *Primus.* Ut hujus mensis tempore, utaris cum fœnore; cogit illud esse semen Æternitatis. *Secundus.* Inclinanti ad perfectionem, primum declinandum à malo. *Tertius.* Quæ proprie sint mala. *Quartus.* Errores in opinione malorum, ac primum: inter hæc non est accensenda Paupertas; sed Cupiditas. *Quintus.* Natura enim, paucis est contenta; Cupiditas, ne quidem omnibus. *Sextus.* Fortuna, homini non nocet. *Septimus.* Non est malum Contemptus. *Octavus.* Nec aliorum in nos invidia. *Nonus.* Nec adversitas. *Decimus.* Nec morbi. *Undecimus.* Nec ulla alia miseria. *Duodecimus.* Nec mors. *Decimus tertius.* Solum & unicum malum, est peccatum. *Decimus quartus.* Non minus errant homines in censu bonorum, quam malorum: quia nec Fortunæ, nec Naturæ, bona sunt propriè bona. *Decimus quintus.* Non Dvitiae. *Decimus sextus.* Nec Voluptas. *Decimus septimus.* Nec honor. *Decimus octavus.* Nec Gloria. *Decimus nonus.* Nec Laus. *Vigesimus.* Nec Fama. *Vigesimus primus.* Nec Nobilitas. *Vigesimus secundus.* Nec pulchritudo. *Vigesimus tertius.* Nec Magnificentia ædium, splendor vestium, aut lauitia dapum. *Vigesimus quartus.* Nec alia ulla bona mundi; quia caduca. *Vigesimus quintus.* Unum nobis est bonum; Incarnatum Verbum. *Vigesimus sextus.* Natura

Natura boni investigatur. *Vigesimus septimus.* Bona creata, sunt tantum Dei vestigia. *Vigesimus octavus.* Bona extra Deum, sunt peritura. *Vigesimus nonus.* Supra Solem quærendum Bonum. *Trigesimus.* Nullum est homini bonus, nisi, quod est incommutabile. *Trigesimus primus.* Solus Deus est bonus, & Bonum.

## A P R I L I S.

**D**ies Prima. Hoc mense, quo terra germinat flores; esto tu flos campi, non horti? Secunda. Initium boni, est fuga mali. Tertia. Inter mala censentur primum vitia, quæ inducunt servitutem. Quarta. Recensentur vitia contra virtutem Prudentiæ; quas inter cæteras occupat, Celeritas. Quinta. Sequuntur alia, Iuconsideratio. Sexta. Inconstantia. Septima. Negligentia. Octava. Astutia. Nona. Solicitudinis excessus circa temporalia. Decima. Ignorantia. Undecima. Sequuntur vitia contra Justitiam, Injustitia. Duodecima. Injuria. Decima tertia. Suspicio. Decima quarta. Opinio. Decima quinta. Judicium temerarium. Decima sexta. Calumnia. Decima septima. Detractio. Decima octava. Covitium. Decimanona. Contumelia. *Vigesima* Odium proximi. *Vigesima prema.* Inimicitia. *Vigesima secunda.* Simulatio. *Vigesima tertia.* Invidia. *Vigesima quarta.* Immisericordia. *Vigesima quinta.* Ingratitudo in homines. *Vigesima sexta.* Ingratitudo in Deum. *Vigesima septima.* Adulatio. *Vigesima octava.* Mendacium. *Vigesima nona.* Perfidia. *Trigesima.* Prodigalitas.

## M A J U S.

**D**ies Primus. Tempus hoc mense rectè ordinandum: Secundus. Avaritia. Tertius. Crucis amor. Quartus. Impietas in Deum. Quintus. Amor sui. Sextus. Sensualitatis damnna. Septimus. Corpori moderatè indulgendum. Octavus Fugiendus vestrum luxus. Nonus. Curiositas circè aliena. Decimus. Curiositas in vanis scientiis. Undecimus. Superbia. Duodecimus. Luxuria. Decimus tertius. Gula. Decimus quartus. Ira. Decimus quintus. Acedia. Decimus sextus. Otium. Decimus. septimus. Peccati damnna. Decimus octavus. Peccatum, Conscientiæ est tormentum. Decimus nonus. Deum ex animo demittit, diabolum admittit. *Vigesimus.* Est mors Animæ. *Vigesimus primus.* Fragilitas hominis in peccando. *Vigesimus secundus.* Quod est flos in horto, hoc est homo in mundo. *Vigesimus tertius.* Ignorantia hominis, in cognoscendis peccatis. *Vigesimus*

( ० )

mus quartus. Recessus à vitiis, est accessus ad Virtutes. *Vigesimus quintus.* Nemo tam perfectus, in quo non sit defectus. *Vigesimus sextus.* Ubi est minimus defectus, nullus sit neglectus. *Vigesimus septimus.* Minimus animi nævus, est perniciosior, quam maximus corporis morbus. *Vigesimus octavus.* Peccati turpitudo. *Vigesimus nonus.* Peccatoris miseriæ. *Trigesimus.* Maturè resipiscendum à peccato. *Trigesimus primus.* Alternitas ex-pendenda.

## JUNIUS.

**D**ies Prima. Concupiscentia. Secunda. Cupiditas in homine, idem est, quod tempestas in æquore. Tertia. Voluptas. Quarta. Passiones animi frænandæ. Quinta. Sensus, sunt januae mortis. Sexta. Laus S. Norberti. Septima. In iis, cautelâ opus. Octava. Et circa Auditum. Nonna. Circà Odoratum. Decima. Circà Gustum. Undecima. Circà Tactum. Duodecima. Consortium pravum, causa pravitatis. Decima tertia. Consuetudo mala, tons malorum. Decima quarta. Error Intellectus. Decima quinta. Lingua frænanda. Decima sexta. Voluntatis propriæ mala. Decima septima. Respectus humani. Decima octava. Terrena bona despicienda. Decima nona. Occasio peccandi fugienda. *Vigesima.* Injuriae remittendæ inimicis. *Vigesima prima.* Amor carnis, est odium mentis. *Vigesima secunda.* Vanitas omnium rerum. *Vigesima tercia.* Mundi perfidia. *Vigesima quarta.* Vita spernenda. *Vigesima quinta.* Fortunæ inconstans. *Vigesima sexta.* Fortunæ prosperæ comes, Invidia. *Vigesima septima.* Hominis miseriæ, primum nascentis. *Vigesima octava.* Dein viventis. *Vigesima nona.* Postremò morientis. *Trigesima.* Temporis ratio exactè reddenda.

## JULIUS.

### BONA FACIENDA.

**D**ies Primus. Boni natura. Secundus. Post Deum, nihil maior Matre Dei. Tertius. Homo quidquid vult, est. Quartus. Sine Gratia nihil possumus. Quintus. Gratiae dignitas; & hominis eam spernentis fatuitas. Sextus. Gratia dignior est dono faciendi miracula. Septimus. Timendum semper & in gratia, & sine ea. Octavus. Gratia, est lux animæ. Nonus. Manuducit ad Virtutem. Decimus. Virtus acquisitu quam vitium, facilior. Undecimus. Virtus, sui est pretium; & præmium. Duo-

*Duodecimus.* Semper in ea proficiendum. *Decimus tertius.* Prima, inter virtutes Morales est Prudentia. *Decimus quartus.* Quid ea sit? *Decimus quintus.* Consolatio, primus Prudentiae actus. *Decimus sextus.* Partes Prudentiae; & ejus acquirendae subsidia, primum est, Memoria. *Decimus septimus.* Dein Intelligentia. *Decimus octavus.* Docilitas. *Decimus nonus.* Solertia. *Vigesimus.* Ratio. *Vigesimus primus.* Providentia. *Vigesimus secundus.* Circumspectio. *Vigesimus tertius.* Cautio. *Vigesimus quartus.* Modus in omnibus servandus. *Vigesimus quintus.* Secunda virtus, Justitia. *Vigesimus sextus.* Amicitia. *Vigesimus septimus.* Adhibenda correctio fraterna. *Vigesimus octavus.* Charitas in omnes. *Vigesimus nonus.* Fætus Charitatis, est Benevolentia. *Trigesimus.* Et Beneficentia. *Trigesimus primus.* S. Ignatij laus.

## A U G U S T U S.

*Die Primæ.* Tempore novi mensis utiliter utendum. *Secunda.* Inimici diligendi. *Tertia.* Pax animi. *Quarta.* S. Dominicus, Sol Ecclesiæ. *Quinta.* Misericordia. *Sexta.* Eleemosyna. *Septima.* Gratitudo erga homines. *Ottava.* Gratitudo erga Deum. *Nona.* Beneficia Dei in nos. *Decima.* Affabilitas. *Undecima.* Simplicitas. *Duodecima.* Fidelitas. *Decima tertia.* Liberalitas. *Decima quarta.* Religio, prout est virtus Moralis. *Decima quinta.* Marix ad cœlum assumptæ triumphus. *Decima sexta.* Adoratio. *Decima septima.* Oratio. *Decima octava.* Devotio. *Decima nona.* Hanc tacent orationes Jocalitorum. *Vigesima.* Attentio in oratione. *Vigesima prima.* Reverentia in eadem. *Vigesima secunda.* Reverentia in templo. *Vigesima tertia.* Sacrificium Missæ; primum, est propitiatorium. *Vigesima quarta.* Et Latreuticum. *Vigesima quinta.* Et Eucharisticum. *Vigesima sexta.* Et Imperatorium. *Vigesima septima.* Sacerdotes honorandi. *Vigesima octava.* Laus S. Augustini. *Vigesima nona.* Eucharistia. *Trigesima.* Confessio peccatorum. *Trigesima prima.* Temporis celeritas.

## S E P T E M B E R.

*Die Primus.* Pietas. *Secundus.* Obedientia. *Tertius.* Tertia virtus Moralis, Fortitudo. *Quartus.* Fiducia in Deum. *Quintus.* Diffidentia sui. *Sextus.* Magnanimitas. *Septimus.* Aequanimitas. *Ottavus.* Patientia. *Nonus.* Constantia. *Decimus.* Perleverantia. *Undecimus.* Quarta virtus, Temperantia. *Duodecimus.*

decimus. Studiositas. Decimus tertius. Abstinentia. Decimus quartus. Sobrietas. Decimus quintus. Castitas. Decimus sextus. Verecundia. Decimus septimus. Humanitas. Decimus octavus. Urbanitas, sive Eutropelia. Decimus nonus. Modestia. Vigesimus. Mansuetudo. Vigesimus primus. Humilitas. Vigesimus secundus. Vigilantia. Vigesimus tertius. Virtutes super naturales. Fides. Vigesimus quartus. Spes. Vigesimus quintus. Charitas. Vigesimus sextus. Virtutis pulchritudo. Vigesimus septimus. Desiderium virtutis. Vigesimus octavus. Labore acquiritur. Vigesimus nonus. Ut virtutes acquiras, exempla aliorum inspicienda. Trigesimus. Non differendum, tempore benè uti.

## O C T O B E R.

**D**ies Prima. Angelus custos colendus. Secunda. Perfectio. Tertia. Cognitio sui. Quarta. S. Francisci Symbolum. Quinta. Renovatio spiritus. Sexta. Reformatio Intellectus. Septima. Imaginatio. Octava. Cogitationes benè gerendæ. Nona. Præmeditatio malorum. Decima. Eorum expectatio. Undecima. Memoria. Duodecima. Lectio librorum utilium. Decima tercia. Historiarum utilitas. Decima quarta. Voluntatis reformatio. Decima quinta. Voluntatis propriæ abnegatio. Decima sexta. Desiderium reformandum. Decima septima. Deus solus satiat. Decima octava. Unum esse oportet. Decima nona. Dei præsentia. Vigesima. Varia pro salute sugeruntur documenta. Vigesima prima. Mundi perversitas. Vigesima secunda. Mundi odium, divini amoris est tyrocinium. Vigesima tercia. Mundi miseria, divini amoris sunt illecebrae. Vigesima quarta. Dei in nos beneficia, exigunt nostra in eum obsequia. Vigesima quinta. Deus mirabilis in animalculis. Vigesima sexta. Amoris indeles. Vigesima septima. Amantis Deum, felicitas. Vigesima octava. Maximus amanti est dolor, tam rarus in terris Dei amor. Vigesima nona. Commercium cum Deo. Trigesima. Peccati comes, pena. Trigesima prima. Temporis volubilitas.

## N O V E M B E R.

**D**ies Primus. Solemnitas omnium Sanctorum, est stimulus ad sanctitatem. Secundus. Pietatis officio defungeris, nisi succurras defunctis. Tertius. Scientia Sanctorum, qualia doceat. Quartus. Mortificatio. Quintus. Pœnitentia. Sextus. Familiaritas cum Deo. Septimus. Oratio. Octavus. Meditatio. Nonus. Sub Deo servitus, est super omnia dominatus. Decimus Usus

Jan

JES

Incip  
dum  
Jesu

quo  
verb  
pend  
die,  
Her  
sent  
per.  
por:  
in S  
con  
quia  
ben  
quo

I  
ut H  
Prin  
dun  
dis  
pri

¶ (o) ¶

**U**sus rectus omnium rerum. **Undecimus.** Opera requiruntur in Dei obsequio. **Duodecimus.** Ut Deum aestimes, alia omnia nihil existimes. **Decimus tertius.** Deus studiosè querendus. **Decimus quartus.** Deus amandus, quia Deus est. **Decimus quintus.** Est omne bonum. **Decimus sextus.** Est fons omnis delectationis. **Decimus septimus.** Ejus benignitas. **Decimus octavus.** Bonitas. **Decimus nonus.** Ejus pulcritudo. **Vigesimus.** Deus amandus solus. **Vigesimus primus.** Maria in templo praesentata. **Vigesimus secundus.** Musica non tantum est vocum, sed morum. **Vigesimus tertius.** Deus est omnia, & ideo amandus praे omnibus. **Vigesimus quartus.** Deo inhærendum. **Vigesimus quintus.** Voluntas Dei fons est omnis boni; hominis, omnis mali. **Vigesimus sextus.** Felicitas hominis Dei voluntati se conformantis. **Vigesimus septimus.** Deus est admirabilis. **Vigesimus octavus.** Dei Majeltas, & peccati enormitas. **Vigesimus nonus.** Omnis noster labor, debet esse, Deo placere. **Trigesimus.** Temporis pretium, ex æternitate cognoscitur.

## DECEMBER.

**D**ies Prima. Libertas hominis. **Secunda.** S. Xaverii laus. **Tertia.** Gloria Dei in omnibus querenda. **Quarta.** Deus incomprehensibilis. **Quinta.** Deus amandus, quia est noster Deus. **Sexta.** Deus solus bonus, & summum bonum. **Septima.** Amandi Deum infinitæ sunt obligationes. **Ottava.** Mariæ Conceptio, cœli & terræ est exultatio. **Nona.** Christi pulchritudo. **Decima.** Est frater noster. **Undecima.** Ejus in nos beneficia. **Duo-decima.** Christus Deus & homo. **Decima tertia.** Christi merita infinita. **Decima quarta.** Est nobis exemplar. **Decima quinta.** Ideo imitandus. **Decima sexta.** Christus peccati maximus osor. **Decima septima.** Christus est via. **Decima octava.** Veritas. **Decima nona.** Vita. **Vigesima.** Est lux mundi. **Vigesima prima.** Laus S. Thomæ Apostoli. **Vigesima secunda.** Suspiria ad Christi Adventum. **Vigesima tertia.** Christus est medicus. **Vigesima quarta.** Iter in Bethleem. **Vigesima quinta.** Christi Nativitas, est omnium felicitas. **Vigesima sexta.** Nativitas Christi varia mysteria. **Vigesima septima.** Dignitas stabuli Bethlemitici. **Vigesima octava.** Amor Christi in nos. **Vigesima nona.** Affectus amoris in Christum. **Trigesima.** Temporis utilis usura. **Trigesima prima.** Vanitas omnium rerum.

I. JA-